æqualis est ipsis h i f. in rectum pariter compositis. igitur o s. æqualis est ipsi i k. potenti rectangulum sub h i. i f. contentum. pari deniq; & aliæ potentes similia rectangula dabunt. Perspicuum ergo est propositum lemma seu assumptum.

ELEMENTVM CONICVM XXII.

Ab hyperbole non coincidentib⁹ actæ rectæ lineę, rectangulas areolas cōphendent æquales. Sint igit̃ rectæ lineę a b. b c non coincidentes ipsi hypbolę d e f. atq; ex e f. punctis ipsi⁹ hyperboles d e f. non coincidentibus a b. b c. parallelæ agant̃ e g. e h. f l. f k. dico q duo rectangula a g e h. a l f k. sint æqualia. Ex c g. igitur ipsi e g. æqualis dematur g m. Connexaq; m e. & in partem e. producta secet a b. sup n. Et iterum l c. sit æqualis ipsi f l. protractaq; c f. in partem f. secet rectam quidem a b. super b. hyperbolen autem d e f. super d. Et quoniā vterq; duorum angulorum ad m n. signa per constructionē recti dimidio æqualis est. igitur vt m e. ad e g. sic e n. ad e h. Vtrobiq; enim ratio est diametri ad costam quadrati. Eandem quoq; rationem pari modo probabimus esse inter c f. f l. Et quoniā duo triāgula b f k. e h n. æquiangula sunt. ergo per propositionē iiii. li. vi. elemen. Eu. vt b f. ad e n. sic f k. ad e h. Et quia per corolarium vigesimi elementi conici rectangulum sub b f. f c. contentum æquale est compræhenso sub m e. e n. rectangulo igitur per secundam partem propositionis vi. li. vi. elemen. eorundē b f. ad e n. est sicut e m. ad c f. seu sicut e g. ad f l. At iam ostēsum fuit f k. esse ad e h. vt b f. ad e n. ergo vt f k. ad e h. sic e g. ad f l. per propositionem xi. li. v. elemētorum Eu. Quæ vni eædem sunt